

# Beiband 2

## H.1 S. 29

1244.

[51]

Der Abt Konrad IV. von Helmarshausen überläßt unter bestimmten Bedingungen dem Ritter Berthold von Deisel Einkünfte von einem Hofe in Hümme auf vier Jahre.

Conradus Dei gratia Helmwardensis abbas huius nominis quartus universis ecclesie fidelibus eterne salutis suffragium. Cum multa nobis fieret instancia a nobilibus terre et eciam a Coloniensi archiepiscopo, ut Bertoldo militi in Thesle, bona in Humme hospitali pertinentia sub certa pensione solvenda porrigeremus, nec ullo modo ad hoc consentire vellemus, quia conventus omni modo contradicebat, ut eorum petitioni aliquo modo condescenderemus, cum conniventia capituli nostri decrevimus, ut redditus unius curie in eadem villa, que prebende fratrum pertinet, ei totaliter per quatuor annos preter redditus camere assignentur hoc modo: Nos curiam disponemus, et grana et redditus per nuncium nostrum colligentur. Ipse precium dabit grana colligenti. Nichil prorsus iuris infra curiam habebit nec hospitando nec confiscando, que omnia nostro iuri et dispositioni retinemus. Tantum (reditus) solos per predictos quatuor annos, ut (diximus exceptis) red(itibus) camere per nuncium nostrum ipsi(a nuntio nostro) assignabuntur. Si autem nos medio tempore decesserimus (tunc dictos) redditus ecclesia libere possidebit. Testes huius rei sunt: H(artmannus) decanus et capitulum nostrum, Otto et Conradus comites de Everstene, Herimannus de Berrcule, Hildebrandus de Tesle, Wolpertus Judeus, Conradus de Erclen, Reinboldus de Markessen, Henricus de Muthen, Thidericus de Hesbike. Presentem autem cartam (de re illa) conscribi et sigillo domini Coloniensis et Con-

r(adi de Sconenbe)rg et nostro fecimus roborari. Actum dominice incarnationis anno milesimo CC.XLIII. Indictione secunda.

Orig. Siegel des Erzbischofs von Köln ganz ab, des von Schöneberg fast ganz zerstört.

Urf. beschädigt; Ergänzungen nach dem Druck bei Pfaff, S. 179 f. auf Grund der Abschrift Overhams (V, 236).